pacifice et quiete tenendi ac ad usus suos et suorum successorum quosuis beneplaci-
tos libere convertendi perpetuis temporibus vigore praesentis iuris originalis sibi ad praemissa
omnia servientis et praesentis inscriptionis cessionalis et eodem cessit Insuper praefatus regnans
Generosus Joannes Stadnicki de Zmigrod memoratis Nobilibus Wasko et Nicolao
Tuszanowskim et ipsorum posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimo-
dam potestatem inscriptionem praesentem cessionalem ex his actis Castrensibus Praemisl.
authentice depromptam ad Acta Terrestria Praemisliensia quandocunque voluerint transferendi
et transportandi quae transportatio tanti valebit acsi per ipsummet regnantem transportaretur
praesenti recognitione mediante.

Swietliccy et Zlatowski Roborant

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisl. Generosi Geor-
gius et Gaspar Swietliccy fratres inter se germani ab una et Martinus Zlato-
wski ex altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibusque iuri-
bus iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedentes huic autem iu-
risdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bo-
nisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporantes et subiicientes palam libere
publiceque perpetuum regnant et quilibet ipsorum seorsim suo interesse regnat
Ideo ipsi se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuni-
ariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque
partis inscribunt et obligant intercisam certam inter se regnantes ratione certarum rerum
et condonarum in eadem intercisa contentarum de actu et data in Handzlowka die vige-
sima tertia Aprilis anno praesenti confectam manibus suis subscriptam et sigillatam
in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis
ligamentisque et nexibus generaliter universis similiter tam in toto quam in parte tenere com-
plere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis to-
ties quoties opus fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et
inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio
septingentorum et quinquaginta florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum successoribus

utriusque

utriusque partis ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in parte totiesquoties opus fuerit solvendi succumbendi. Nihilominus memorati
partes regnantes utraque se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus et sum-
mis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac poste-
ris utriusque partis inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roborandam ex his a-
ctis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Praemisliensia ante decursum
unius anni transferre et transportare sub simili et speciali vadio septingentorum
et quinquaginta florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum successoribus utriusque par-
tis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis ad
solvendum succumbendi. Pro quibus quidem vadiis vel ea dictis modo praemisso ad
solvendum succubitis ac pro re aliqua puncti ex praemissis non completa complendisque prae-
missis citata ex nunc pars una praemissa non tenens aut eius successores ad instantiam
partis alterius aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense
ex nunc recessu supra scripto quoad rem dum spectat mediante semper in primo citatio-
nis termino tanquam peremptorio stare iuri parere radere vadia praefata licere in-
scriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos suc-
cessores ad eaque omnia obligat eumque terminum primum peremptorium et alios omnes con-
sequentes causae eius terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minoren-
nitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad Tri-
bunal vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo adquisi-
tionem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non
recipiendo nullasque motiones appellationes ac causam pro sequentes faciendo ac praemis-
sa omnia praemissis simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fata-
liis iuris praescriptione Terrestri bello conventionibus et aliis omnibus iuris
remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

1629 Actum in Castro Praemisliensi Feria
15/V Tertia post Dominicam Cantate proxima.

xima Anno Domini Millesimo Sexcen-
tesimo vigesimo Nono
Sobiekurski Fredrowi Tenetur.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Gnosus Samuel Sobiekurski Gnosi olim Joannis Sobiekurski Tribuni Sanocen. filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castren. Premislien. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plene incorporans et subiiciens palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipse Gnoso Martino Fredro de Plesowice venatori Terrae Premisliensis et ipsius successoribus summam Trecentorum florenorum polon. communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polon. computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique pecuniae tenetur atque debet quam quidem summam suprascriptam trecentorum florenorum pecuniae polon. idem recognoscens se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Creditori suo et ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus hinc pro die et Festo Sancti Martini Pontificis proxime et immediate venturo dare soluere et coram officio actisque praesentibus Castren. Premislien. reali et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem officio non efficere nec arestare vel quouis alio modo impugnare. Idque sub vadio similis summae Trecentorum florenorum pecuniae polon. per eundem recognoscentem Gnosum Samuelem Sobiekurski aut eius posteros praefato Gnoso Venatori Terrae Premisliensis et ipsius posteris ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco supraexpressis ad soluendum succumbendo. Caeterum idem recognoscens Gnosus Samuel Sobiekurski eidem Creditori suo et ipsius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoream ex his actis Castren. Premislien. autentice depromptam ad acta Terrae Premisliensis quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata

tanti

tanti valebit ac si per ipsummet recognoscentem transportaretur. Cui quidem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae idem recognoscens se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Creditori suo et ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus non contradicendum imo eandem pro rato et grato suscipiendum sub simili et speciali vadio Trecentorum florenorum pecuniae polon. per eundem recognoscentem Gnosum Samuelem Sobiekurski aut eius successores ob contradictionem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendisque praemissis citatus existens memoratusque recognoscens Gnosus Samuel Sobiekurski aut eius successores ad instantiam praefati Gnosi Martini Fredro de Plesowice venatoris Terrae Premisliensis aut eius posterorum ad officium praesens Castren. Capitan. Premislien. ex hinc recessu suprascripto quoad rem dum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere in materie vadii praefata huiusce inscriptionis huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium vel et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari admunimentis ad Evictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra primos Terminos officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac causae prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tricatibus evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Tem. bello [?] conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Gnosa Catherina Kotarska Generoso Czerminski Cedit.